

Hinc est articulis, coxis, genibus, pedibusque,
Notus ubique dolor: Calculus inde venit.
Sæpius hinc Quartana, Hydrops, œdemaque surgunt,
Hæctica quæ Medicum fallat, & Asthma ferox.
Hæc & congenera his, quæ nunc evolvere longum
est,

Debent natales fluxibus hisce suos.
Rem tam diffusam cum suscipis, utique honore.
Quem capis ex merito, dignus is ipse labor.
Macte precor virtute, & adhuc abstrusa labore
Docto in conspicuum ducere perge diem,
Sic tibi reverà decora ampla ferent & honores,
Quæ nunc ex merito jura decusque capis.
Gratulor, & Summi benedictio Numinis, omnes
Ausus promoveat, mente manuque precor.
Non saltem patriæ, sed gratus & utilis orbi
Undique ut his studiis, arte, & honore cluas.

*Nobilissimo & Clarissimo Domino Candidato,
gratulabundus apposuit*

GEORG. ERNESTUS STAHL, D.
Prof. Publ. Ord.



Sic juvat ingenii partas ostendere dotes,
Sic amplo studii fervor pensatur honore.
Gratulor: Ex alto Numen det fata secunda,
Ut possis patriæ gratum depromere fructum.

Sic Fratri jucundissimo animitus
apprecatur

THEOPH. AGRICOLA,
Ratisb. LL. Cultor.

